Reuerendissime pater et domine domine obseruandissime post sui humilimam comendacionem oraciones et
subiectionem filiales Venit diebus his res Ecclesie nostre [illegible] molesta ut iam opidani Zittauien
qui fide obediencia et religione inter sex ciuitates lusacie semper iuncti fuerunt et propter sanctam
obedienciam multa sunt incomoda passi etiam nunc absque culpa illorum occasione illustris principis
pris Baltasaris per germanum suum ducem Hanussini de opido paterno expulsi compelluntur
ad manutenendum eundem in possessionem bonorum ablatorum Quod cum illi impossibile ut nunc arbi
tretur Nosque idem qui sumus in parte noticiam habeamus per censuras ecclesiasticas grauant [illegible]
illis superest appellacionis ad dominum nostrum Sanctissimum remedium Rogamus igitur humiliter pro
illis et cum illis cum de nostra sint dyocesi viri boni et obedientes et orthodoxi dignetur R. p. v.
in specto illorum grauamine et iustis causis appellacionis consilio et auxilio illis apud dominum nostrum
Sanctissimum assistere p. em. v. R. semper nobis clementem et paternam visitera exhibuisse in nostris
oracionibus cognouimus Unde et confidencius ad eandem confugimus unde vota nostra exaudiri
haud ignoramus Quam dominus in longanimitate dierum et pro nostra consolacione incolumem conser
uare dignetur Ex Castro Pragen. in Februario Anno M iiii lxv

E v E p

Humiles oratores
Decanus et Capitulum
Ecclesie Pragen.